

A. N.  
DISSERTATIO GRADUALIS,  
De

**PERFECTIONE  
UNIVERSI,  
QUATENUS DEPENDET EX  
DISPOSITIONE DI-  
VINA.**

Cujus PARTEM PRIOREM

*Cum consensu amplissima Facultatis Philosophicae*

*in Regia Academia Aboënsi,*

Sub tutela

VIRI Cl.

MAG. **ALGOTHI A.  
SCARIN,**

Hist. & Philol. Civil. Profess. h. t. Rect. Magni

*Publice defendere conabitur*

AUCTOR

JOHANNES KRAFTMAN,

*Nylandus.*

Die 13. Junii, Anno MDCCXLI.

horis ante meridiem solitis.

---

ABOAE, exc. Ioh. Kiæmpe, Reg. Ac. Typ.

Cammereraren wid Tull och Licent-Contoiret, Adels och  
Högachtade Herren/

Herr ERICH CREBURNER/

Min gunstige Herr Farbror.

**S**är werld ett stycke är / som Måstarns händer  
prisar;  
Den knapt ett soledoft mot stora Skaparn är;  
Doch präktigt Gudens namn och des insegl bär/  
Samt dess fullkomlighet i klena aftryck wisar.

Han en ofalig häär ur intet welat taga  
Af Creatur / som sig i präktig ordning tee/  
Som böra wårt förnuft ett surigt ämne gie/  
Och oss / at ära Gud / och söka dygden / draga.

Fast ock än wiljans hiul ur rätta spåret wilkas  
För oss / då sinnens bruk i misbruk wändas må;  
Så bör den dårskap för wår egen räkning stå.  
Af Gud görs all ting wäl / det onda aldrig gillas.

Om det och annat jag i desse rader skrifwer /  
Dem jag med wördsam hand söt Farbror lägger ner/  
Dch at de gunstigt bli optagne / ödmuikt ber/  
Som prof af tacksamhet hos den som altid blifwer.

Adels och Högachtad Herr Cammererarens/  
min gunstige Herr Farbrors

Ödmuikt tienare  
IOH. KRAFTMAN.

Viro Clarissimo. D:o Magistro

ANDREÆ KRAFTMAN

Adjuncto Gymnasii, quod Borgœ floret, dexterrimo,  
Fratri germano

**E**Xinde, quo utroque orbatus fui Parente, in-  
numera benevolentia & fidelitatis Tua, Fra-  
ter dilectissime, expertus sum documenta. *Æqui-*  
tatis ergo exigit ratio, ut has qualescunque meas  
lucubrationes, in affectionis grata, imo aterni amo-  
ris tesseram, nomini Tuo peramando consecrem.  
Nosti animum meum erga Te sincerum. Serena  
itaque fronte accipec artaceum hoc donum, quod so-  
la offerentis pietate se commendat. *Vive diu so-*  
pes atque felix in reipublica, emolumentum patria,  
Tuum Tuorumque gaudium.

*Ita ex intimis animi recessibus optat, qui in omnib.  
Fraternitatis affectu & observantia con-  
stanter permanere decrevis*

Tuus ex affe

JOHANNES KRAFTMAN.

Höglärde Herr Candidatens  
JOHAN KRAFTMANS  
Närvarande wärck.

**F**örmi säg/ Förnuft/ kan du oss i den hiernewilla föra:  
At sig et intet wil til alt/ och alt til intet/ gidra?  
At här en flychtig wäderbäll med warad winga will  
Bli Jofurs råd/ och annan werld så drifligt segla til?  
Har du giet råd at wärket med sin Mästar' samanstöpa?  
At in i ewighetens haf med tidens möre löpa?  
At leda werldens stück utaf et oundwifligt slut?  
At en tilfällig sammanstöt dra många werldar ut?  
At nägre trodt det werlden är för Guds hand alt för  
ringa?  
Då andre plä des alnachts diup i werldens gränthor  
winga:  
At werlden döns af nägre ut til en oendlig längd:  
Då den i tunt-och uileral af andre blifwer stängd?  
Ach nei. de yra tanckespel/ som i wårt sinne präla/  
U ej förnuftens foster/ fast de sig itted särgor måla.  
Förnuftet står på stadig grund/ och mellanwägen går:  
En liflig bild/ hur' det ser ut/ i denne skriften står.  
Des trogna följe/ sanning/ wil derpå sin stempel trycka/  
Dch första sannings källan gie des Auctor mycken lycka.  
Den löm som dygd och trägen slit plär muntra sinnet  
gie/

Skal Honom siare af Himlens hand med mycket  
heder ske.

Uf

CARL FRIDRIC MENNANDER.

Clarissimo D: no AUCTORI.

**Q**ui ad veritates in Philosophia obvias animam  
advertit, easdem in theoreticas & practicas  
esse distinguendas facile intelligit. Practicae veritates,  
quae in dirigendis actionibus humanis versantur,  
nullis indigent commendatitiis, cum multip-  
licem earum usum ipsa negotiorum administratio-  
ne experiri liceat. Ast theoretica dogmata, quae  
immediatae applicationi in negotiis vite humanae lo-  
cum haud concedunt, si non omnia, bene tamen  
multa primo intuitu sterilia videntur. Unde saepe  
accidit, ut eodem, ac practica applausu non exci-  
pantur a viris, qui rebus gerendis unice intenti  
de fundamentis veritatum parum sunt solliciti.  
Multum quoque contemptum huiusmodi dogmatum  
promovit, quod nunquam fere in rep. literaria  
defuerint homines, qui loco solidae cujusdam theo-  
riae, speculationes male fundatas proposuerint, in  
quibus vera falsis, certa incertis fuere intermixta,  
quarumque usum saepe ne conjectando quidem asse-  
qui licuerit. Prout vero perverta & a praxi vite  
humanae abhorrens dogmata proponendi ratio mini-  
me est probanda; ita absit, ut veritates theoreticas  
nullius esse usus statuamus, cum sine definitionibus  
& propositionibus theoreticis, in quibus natura &  
affectus

## PRÆFATIO.

*S*unt, qui ex accuratiori systematis hujus mundani con-  
 templatione, indolem & usum eorum, quæ in eodem  
 experiantur, proposito admodum laudabili, eruere conentur.  
 Hi, licet non nisi ad partialem qualemcumque operis Divi-  
 ni cognitionem assurgere possint, stupenda tamen sapientissi-  
 mi Conditoris vestigia ibidem ad oculum obvia, jucundissi-  
 me intuentur. Verum, quum omnia, quæ ad mundi pertinent ide-  
 am, sapientissimo nexu sint concatenata; quid mirum, si particu-  
 lam vix infinitesimam imperfecte admodum perspicienti, plu-  
 rima obveniant, quorum usum & finem ne conjectando qui-  
 dem assequi valeat; imo multa, quæ in transversum plane  
 tendere videntur? Et quamvis ratio vehementer urgeat, ut  
 maxima perfectio in parte possibilis, non nisi natura totius  
 cognita, aestimari debeat; non tamen desunt iniqui operis Di-  
 vini censores, qui rationis leges prorsus invertentes, ex  
 qualicunque partiali imperfectione, totum nexo laborare sto-  
 lide concludunt. Ast prouti perplexa dubia, quæ contra  
 prudentem reipublicæ administrationem affert plebejus aliquis,  
 non nisi risu & correptione digna censi debent: ita  
 multo magis acri impium eorum factum perstringi debet  
 censura, qui licet ne pulvisculum quidem, prouti censorem  
 decet, norint, iniquum de stupenda totius universi compage  
 tamen, plus quam temerario ausu, ferant judicium. Ne au-  
 tem ea, quæ incompleta nobis sistit experientia, in devia  
 nos trahere & conscientie scrupulos sententiasque pietati i-  
 nimicas excitare valeant, è re est, ut ex perfectionibus  
 Conditoris eruamus, quid de opere illius nobis sit sentiendum.

Quise

*Quippe cum naturam gubernii, cui omnia, quae creata sunt subjacent, ad convictionem usque novit contemplator universi, tantum abest ut querelas contra idem moveat, ut potius eo intentiori animi devotione, Divinam bonitatem & sapientiam ubique agnoscat, quo pronior, ea, quae hinc dependent, in transvorsum tendere assereret, si censorem acturus habenas decempede suae rationi temere laxaret. Scilicet cum argumentum hoc: Fecit Conditor sapientia, bonitate & potentia infinitus: Ergo bene; Ergo optime fecit, summam bebeat concludendi vim & nulla exceptione possit infringi: sequitur quod crassam nostram agnoscentes ignorantiam, infinitam Conditoris bonitatem atque, sapientiam pia admiratione venerari debeamus, etiam, si casus aliquis specialis occurrat, qui operi illius maculam inferre videtur. Hac dum perpendo, ILLAM L. B. humanitatem mihi polliceor dum de Universi hujus perfectione, quatenus ex Creatoris ordinatione dependet, meam quatenuscunque sententiam, candide & sepositio omni auctoritatis praedicio, in presenti hac opella, tradere incipio. Non dubito quin prolixia, quam observari tractandi ratio, tadiosa, saltem inutilis, primo praesertim intuitu, ipsi videatur, qui novit, brevioribus memet hoc negotium absolvere potuisse. Verum quum ille speculationes, luxuriantis ingenii factus nuncupentur & philosopho se seantur indigne, quae manifestum generi humano usum non promittunt; crediderim me rem omnino non culpandam fecisse, dum practica facundissima hujus materiae obiter tangendo, aliquanto fuerim prolixior, quam demonstrandi rigor, si theoriam rei exposita spectes, requireres. Ea enim intentione, qualescunque nostros labores in publicum prodire decrevimus, ut si nil penes eos, qui in philo-*

sophiæ herent principiis lucrari possint, saltem nemini tædio  
sint aut offensioni. Atque hæc quoque ratio fuit, cur opel-  
lam hanc editurus, eandem veneranda quoque Facultatis  
Theologicæ examini atque censuræ ultro subjecerim. Convi-  
ctus equidem sum, quod sana ratio nil magis urgeat, quam  
virtutis & pietatis exercitium. Veram quum communis illa men-  
tis fragilitas, tantum penes acutissimos quoque valere soleat,  
ut dum rationis ductum se secutos fuisse glorientur, dogma-  
ta eidem prorsus contraria, nonnunquam proponant :  
hinc crediderim nos modestiæ non minus quam prudentiæ  
regulæ conformiter egisse, dum summo revelationis usi pri-  
vilegio, innocuas nostras meditationes, nil quidquam gratiæ  
huic repugnans, in se continere, ad summam usque convictio-  
nem edoceri voluimus. Ne autem præfamine justo longiori  
L. B. offendamus ipsum adgredimur propositum, illius, cuius  
causam agimus, h. e. summi NUMINIS auxilium bus-  
sillimi implorantes.

S. I.



**E**ns limitatus habens perfectiones, vi essentia sua non existit. Admitte enim, ens limitatum vi essentiae suae existere, essentia illius, eo ipso illimitati quid in se continet. Etenim si existentiam necessariam in se consideras, gradualem differentiam non admittit; & consequenter eadem major concipi nequit. Ergo, quo ad existentiam est ens illimitatum. Sed limitatus habet perfectiones, per hypothesin; adeoque est ens limitatum. Ergo simul est ens limitatum & illimitatum. Quod absurdum.\*

(\*) Existentia entium, in ente quodam a se diverso, non differt, nisi quo ad modum existendi. Etenim ens, Si autem necessario existit, aut existit necessario, aut contingenter. Si contingenter existit, rationem existentiae in essentia sua non continet, sed

<p>in ente quodam a se diverso, Si autem necessario existit adeoque in eadem ratio reperitur cur existat. Enti itaque contingenti, reali- tas quadam deest, vi cuius,</p>	<p>ens aliquod, vi essentiae suae existit, adeoque in eadem ra- tio reperitur cur existat. Enti itaque contingenti, reali- tas quadam deest, vi cuius,</p>
---	--

ad existendum, determinari debet. Quumque hanc realitatem possideat ens necessarium; hinc ens necessarium, quod ad existentiam, perfectius est ente contingente. Omnis etenim realitas, perfectionem entis ingreditur. Quumque absolute necessario magis necessarium non detur hinc major neque concipi potest, quo ad existentiam, realitas, quam determinatio essentialis, ad existendum. Adeoque est realitas illimitata. Realitas autem illimitata in essentia limitata, fundamentum non invenit. Adeoque ratio, cur ens a se existit, continetur in essentia illius illimitata. Deinde non minus evidenter sequitur, omnia quae per essentiam entis a se determinantur, esse illimitata. Etenim ubi il-

limitatum est determinans, inibi ea, quae per idem determinantur, non possunt non esse illimitata. Quum itaque entis, vi essentiae suae existenti, illimitata adscribenda sit essentia, ut demonstratorum: hinc omnia quae entis a se continentur, illimitata esse sequitur. Scilicet, cum nihil, seu illud cui nulla respondet notio, ad existendum, per essentiam, determinari non possit: sequitur, quod non nisi realitas illimitata, per essentiam illimitatam, determinari possit ad existendum. Atque hinc ens a se. Et illimitatas habens perfectiones, est unum idemque. Adeoque ubi illimitatum quid in ente aliquo reperitur, ad existentiam illius contingentem, tuto colligitur.

## §. II.

**S**ingula, quae in universo hoc reperiuntur variis modis sunt limitata, teste experientia. Adeoque rationem existentiae suae, in se non conti-

nent

nent (§. I.). *Mundi* itaque existentia dependet ab ente quodam necessario & a mundo diverso, quod, majestico nomine, DEUM compellamus. Quum itaque DEUS est ens a se: hinc perfectiones possidet illimitatas (§. I.) Adeoque intellectu & voluntate gaudet illimitata. Conditor itaque universi, est *ens* in agendo *liberum*. Consequenter mundus hic, ob finem aliquem est productus.

## §. III.

**P**erfectio nostra ut limitata est, ita ulteriora continuo capere potest incrementa. Hinc nostræ actiones, usus nostros proprios spectant; & ad nostram perfectionem promovendam eo sumus aptiores, quo certius, de perfectione vera iudicium fere valemus. hæc autem agendi ratio penes Deum extulatur. Etenim *absoluta* necessitate existit; consequenter perfectiones possidet illimitatas (§. I. 2.). Quum itaque perfectiones illius incrementa respiciant; adeoque sibi sit sufficientissimus, mundum hunc ob proprios usus producere non potuit.

## §. IV.

**A**liud itaque non superest, quam ut statuamus, DEUM bonitate sua inexhausta ducum

Atque, mundum hunc produxisse. Etenim omnis actio libera, motiva præsupponit. Nil autem sub *motivorum* nomine venit, nisi quod agens intelligens ad suam vel aliorum perfectiōnem quid conferre novit. Jam si primum motivorum genus, ad DEUM retuleris, locum non invenit (§.3.). Ergo perfectiō entium a Deo diversorum, ratio fuit, cur mundum produceret. Sed bonitas consistit in promittendi, ad aliorum perfectiōnes promovendum directā. Ergo Deus, bonitate sua inexhausta ductus, mundum creavit. \*

(\*) Quum per se pateat, DEUM, mundum hunc produxisse, non nisi in usum eorum, qui actu existunt (\*\*): cumque præter DEUM non existant entia alia, nisi que contingentiā sunt, adeoque opere creationis producta (§.2.) sequitur, quod DEUS mundum hunc produxit, ob perfectiōnem creaturarum. Verum obijcere quis potest: Mundum hunc ob finem aliquem esse productum, consequenter eundem esse medium, quo

finis hic promovetur. Adeoque finem creationis, extra mundum esse querendum. Sed est res in satuo. Finem habuit Deus, cur mundum produceret (§.2.). Mundus itaque, prouti a DEO creatus prædit, medium est, quo finis hic promovetur. Plurima autem in universo reperiuntur, que ad creationem mundi non spectant. Sic notitia Creatoris & operum illius, gaudium & acquiescentia, que hinc gignitur, nec non alia

a'ie perfectiones accidentales, entis illimitati, in mica pro-  
 entium ratione predictorum, ferret. Deus est sapientissimus;  
 ad creationem referri nequeunt. Ergo frustra agere nequit. si-  
 Quid ni itaque dici potest, bi est sufficientissimus; Ergo  
 DEUM creasse mundum, ut per mundum non produxit, ac si  
 fectione creaturarum possibilis, ipse eodem opus habuisset. Nil  
 foret actualis? Sane, ut hoc itaque aliud relinquitur, quam  
 ipsum asseramus, ipsa exigui- ut statuamus, finem, cur pro-  
 necessitas. Etenim si quis sta ductus sit mundus, in ipsa  
 tueret, finem, cur productus creaturis esse querendum.  
 sit mundus hic, vel nullum (\*\*\*) Quod ad gloriam  
 dari, vel eundem in ipso DEI respectivam attinet. vide  
 Creatore esse querendum, in §. 9. & 10.  
 utroque casu. perfectionibus

## §. V.

**E**Ntia finita ita inter se connexa, ut vi naturæ  
 & coexistentiæ ad modificationes, in usum  
 entium, quæ sui conscia sunt, subeunda apta  
 sint, mundum appello. \*

\* Licet definitiones nomina- nobis non placuit. In subse-  
 les sint arbitraria, neque ta- quentibus, ea nobis erit de-  
 men desunt rationes, cur hanc idenda questio: utrum DEUS  
 potius conderem mundi defi- condidit mundum optimum  
 nitionem, quam ex philosopho vel non? Admitte vero defi-  
 rum scriptis, aliam quam- nitionem mundi, ingredi de-  
 cunque adoptarem. Omnia bere omnia simultanea &  
 que actu connexa sunt, sue successiva, tum questiones  
 runt & futura sunt, in- ba: Utrum Deus condidit  
 mundi definitione cumulare, mundum optimum, & utrum  
 Deus

DEUS omnia simultanea & successiva optime condidit? æquivalent, & sibi invicem substitui possunt. Nemo autem facile affirmaverit, continuas subsecutiones, quas in universo quolibet momento observamus, ad productionem mundi ex nihilo, adeoque ad creationem referendas esse. DEUS mundum materiale creavit ut machinam quandam, que ab omnipotentia Divina sustentata, vi natura & mechanismi legibus, infinitis modificationibus obnoxia est, adeoque modificationes, sensibus nostris obversantes, non sunt nisi effectus universi, & statum duntaxat illius absolvunt. Duo autem, ad notionem mundi requirimus. scilicet, coexistentiam entium finitorum, & eorundem nexum ista determinatum, ut vi istius usus entium, que sui conscia sunt, consulatur. Mundum itaque distingvimus, non solum a confusione entium chaoticæ, sed etiam ab iis machinis, quarum existentia possibilitas, extra nexum mundi alicujus, absolute & in se non implicat. e. g. Si DEUS condidisset machinam quandam, unice cum in finem, ut aquam in altum veheret, quæque varia agitatione aquæ stupenda ederet phenomena; crediderim hanc machinam, non adeo convenienter venire sub notione mundi alicujus. Eo autem majori jure ad ideam mundi requirimus nexum, ad felicitatem entium, que sui conscia sunt, promovendum, accomodatam, quo certius est, mundum, in eorum usum, a sapientissimo Numine, esse productum. Patecet hæc veritas ex propositione sequenti.

## §. VI.

**D**EUS mundum creavit ob perfectionem entium qua sui conscia sunt. Etenim in creaturis  
ratio

ratio seu finis reperitur, cur mundus fuerit productus (§. 4.). Si vero entia sui non conscia respexeris, quod ad eadem, nil refert, si vel fuerint producta, vel non. Neque enim felicitate ceteri possent, in statu actualitatis, quam dum nudè fuissent possibilia. Eorum itaque perfectio in se considerata, finis creationis esse non potuit. Idem itaque invenitur in entibus, quæ sibi suæque perfectionis conscia sunt.

Qui modo attentionem suam desiderari non patitur, facile videt, omnem actionem frustraneam esse, quæ ob rem inanimatam, eandemque non consciam sui, ut ob finem ultimum, instituitur. Hinc deridendum se omnibus propinaret, qui montes tegumento obduceret, ne tempestatum injuriis sint expositi. Entia autem sui conscia hoc peculiare habent, ut ad perfectionem suam promovendam ultro excitent alia entia libera. Etenim ens sui conscius, voluptatem percipit ex sua felicitate, inque eandem propendet. Et quum non possit non entia, quæ ejusdem

secum sunt nature, ejusdem quoque considerationis atque pretii habere: hinc eorum, quæ sui conscia sunt, perfectionem, eque ac propriam promovere studet, nisi rationes peculiare contrarium suaserint. Quæ profirimus, experientia sunt consentanea. Nil jucundius est cordatis atque sinceris, quam aliorum felicitas. Unde summa commiseratione moventur, dum triste aliquod fatum, illis narratur. Produunt autem se hi affectus, penes virum integrum, licet illi, quibus fortuna inimica est, ne nomine quidem, ipsi innotuerint. Si cujus domestica

expe.

experientia allatis contrariatur, philosophus adserere non sustinet,  
 prodest ipsi, ut sciat, se, di- entia, quæ ipso homine, longe  
 turno vitiorum exercitio, ha sunt nobiliora, in universo hoc  
 bitum perversum induisse. Sunt neutiqum reperiri. Non est  
 qui statuunt, omnia creata ut objiciat quis, plurima, in  
 esse, ob utilitatem hominum, presenti occurrere mundo; quæ  
 Si generalius enuntiarent, o solum entibus sui consciis, nul-  
 luntia creata esse ob utilitatem lum præstant usum. Neque e-  
 entium, quæ sui conscia sunt, nim ex nostra cognitione, om-  
 ex præsentis propositione, pateret nium creaturarum usus est  
 asserti veritas. Bonitas Divina metiendus. quippe ne conjectan-  
 illimitata est, adeoque ad o do quidem assequi valeamus, u-  
 mne ens se extendit, quod ejus- sum, quem præstat qualibet res  
 dem aliquo modo capax esse po- in nexu spectata. Adeoque res,  
 test. Atque hinc est, quod quæ nobis videtur abjecta &  
 benignissimum Numen, infer- nullius momenti, usus maximos  
 ioris ordinis animantium quo- & inexpectatos, entibus, quæ  
 quæ apud Vatem Jonam, ha- sui conscia sunt, afferre potest.

### §. VII.

**R**Em, in qua varia occurrunt, perfectam nun-  
 cupamus, ubi illa quæ in eadem observa-  
 mus, ad reale quid obtinendum tendunt. Adeo-  
 que perfectio definiri potest, per consensum  
 variorum, in realitate aliqua obtinenda. Hinc  
 perfectio essentialis dicitur, quæ per essentiam  
 rei inest, Accidentalibus autem perfectio adest,  
 dum



dum ea, quorum existentia per essentiam rei non determinatur, adidem tamen, cum essentialibus, obtinendum tendunt.

## §. VIII.

**S**I intellectum, rationem, imaginationem & cæteras facultates animæ cognoscitivas respexeris, omnes eo tendunt, ut earum ope Dei aliarumque rerum cognitionem, nobis acquirere valeamus. *Voluntati* autem debemus, quod ea eligere possimus, quorum patratorum motiva desumi possunt ex attributis Divinis & ipsius actionis, cum natura agentis, convenientia. Dum vero ita nostras instituimus actiones, quemadmodum facultatum nostrarum complexe sumtarum, indoles illud exigit, facultatibus nostris decenter utimur, & actiones nostræ rectæ sunt. Facultates itaque animæ naturales constituunt dispositionem, recte agendi. Quumque hæc ab essentia nostra pendeat; ad perfectionem nostram essentialem, referri debet (§. 8.). Dum vero actiones nostras, ad rationis normam, seu, prout facultatum nostrarum, complexe sumtarum indoles requirit, instituimus, perfectio accidentalis adest. Testatur enim lugu-

bris experientia, paucos virtutis esse cultores; hinc ad perfectionem essentialem, referri nequit. Ergo ad accidentalem, quippe cum essentiali consentit.

## §. IX.

**G**loriam Divinam promovere dicimur, dum non tantum attributa Divina contemplamur, sed etiam actionum nostrarum motiva, ex iisdem desumimus.

## §. X.

**D**EUS mundum creavit ob gloriam suam. Etenim perfectio entium, quæ sui conscia sunt, est finis creationis (§. 6.). perfectio autem nostra accidentalis adest, dum actionum nostrarum motiva, ex ipsius actionis cum natura nostra convenientia & attributis Divinis desumimus (§. 8.). Sed eo ipso gloriam Divinam, quatenus ad nos refertur, promovemus, (§. 9.). Ergo DEUS mundum creavit ob gloriam suam.\*

*Libera actio recta est, cuius motivum desumitur ex attributis divinis, & ipsius actionis convenientia (§. 8.). Adeque omnis actio recta, qua a libere agente proficitur glorie Divinae illustrationem, semper in se includit. Ex nostra itaque perfectione accidentali, gloria Divina separari nequit. Ne-*

tandum vero; quod quandoquidem Divina perfectiones illimitatae sunt & ipsi essentialiter, hinc nullo modo dependunt ex actionibus nostris; sed actiones nostrae, suum pretium & quidquid illis magnifici inest, deumunt ex perfectionibus Divinis. DEO itaque placent actiones nostrae, quibus gloriam Divinam promoveri dicimus, non quia Divinae perfectiones ipsis indigeant, sed quia perfectionem nostram accidentalem constituunt. Displicent DEO perverae actiones, non quia perfectionibus Divinis quid detrahunt sed quia agentem miserum & imperfectum reddunt. Quemadmodum enim ens a se, omnes perfectiones illimitatas possidet, ita vi naturae suae, placeat ipsi quidquid perfectum, displicet quidquid imperfectum & vitiosum fuerit. Atque hinc est, quod ex attributis Divinis, nullum motivum actionum suarum sumere possit

libere agens, nisi actio ad propriam illius perfectionem tendat. Qui dicunt hominem ob gloriam Divinam esse conditum, gloriam hanc, quatenus ad Creaturas refertur, a perfectione earum propria sejungentes, illi si hominis facultates considerarent, & ex earundem usu, finem cur conditus sit homo, eruerent, penitus convincerentur, se genuinam gloriae Divinae notionem, non possidere. Gloriae Divinae promovemus, dum voluntatem illius, quae cum fine, cur productus sit homo, coincidit, exsequimur. Jam cum usus facultatum, finem earundem, adeoque & finem, cur productus sit homo, absolvit; quumque facultatum nostrarum usu, non nisi propria nostra perfectio promoveri possit: sequitur quod gloriam Divinam promoveamus, dum decenter, nostrae studemus perfectioni. Ex allatis, spero abunde patet, quam arctus atque indissolubilis intercedat

nexus inter perfectiönam nostram & gloria Divinae illustrationem. Vanus itaque foret metus, si quis suspicaretur nos late aperuisse portam, qui in vitis precipites ruunt, dum statuimus, DEUM bonitate sua impulsus, mundum hunc produxisse. Neque enim argumentatio hac bene se habet: Deus mundum creavit, ut creaturis bene esset: Ergo ipsi indifferens est, qualem cunque creatura vitam egerint. Contrarium evidentissime sequitur. Etenim si Creaturarum felicitas motivum fuit, cur mundum produceret DEUS, non potest non earundem perfectiönam serio velle. Et consequenter ipsi displicet quidquid perfectiöni eorum adversatur. Si itaque sua culpa, in transversum ruant creature, sibi ipsis imputent si vero morborum natura & in-

cremento, accrescat numerus & acerbitas medicamentorum. Hinc bonitatis ideam non possident, quia legem natura pro iugo habentes, existimant, se ad bonitatem Divinam veluti ad azylum quoddam scelerum confugere posse. Bonitati Divinae tribuendum, quod nos obliget, ad actiones nostras rite instituendum: quia actiones recte ad propriam nostram perfectiönam tendunt. Documentum itaque bonitatis infante non esset, si ratione concessa, gratis nos eadem abuti pateretur, nullum, ut eidem conformiter videremus, motivum ad iungens. Unde qui bonitatem Divinam modo prapostero, & maxime impio, illimitatans reddere annuntiantur, arctioribus quam par est, eandem circum scribunt limitibus.

### §. XI.

**M**undum in suo genere optimum appello, qui, quo ad omnia entia, quæ in eodem reperiuntur

tur eum habet nexum, ut vi istius, perfectio entium quæ sui conscia sunt, optime, quo his numero determinatis entibus, fieri potest modo, promovetur.\*

*Mundum autem relative optimum* voco quem non tantum ingrediuntur prædicata mundi in suo genere optimi, verum etiam, cum reliquis mundis in suo genere optimis, collatus, eodem perfectione superat. \*\*

Denique opus Divinum dico relative optimum quatenus, omnia, quæ ex creatione & dispositione Divina dependent, ad finem creationis optime promovendum tendunt. Adeo ut implicet, illimitatas Conditoris perfectiones, alio opere melius manifestari posse. \*\*\*

\* Habent hæc definitiones fundamentum in re ipsa. Etc. *mundum optimum ex numero determinatis entibus evadere, ubi eo inter se junguntur nexu, quo perfectioni entium quæ sui conscia sunt, optime consulitur.*

nim si entia mundum ingredientia respexeris, in se non repugnat, quo minus varie inter se combinari possint. Quum vero nemo affirmare possit, eadem entia, quacunque possibili combinatione, seriem æquè perfectam constituere; patet

\*\* Deinde, licet perfectio maxima adest, quæ entibus numero determinatis obtineri potest, neque tamen inde concludere licet, eo ipso adesse

per

perfectiorem maximam, si refertur ad mundum hic, ad alios quoslibet mundos possibiles, quos ingrediuntur entia, quae non tantum quo ad numerum, sed forsitan quo ad naturam quoque, ab his, quae mundum hunc constituunt, differunt. Per se autem patet quod uterque casus alium atque alium mundum in suo genere optimum exhibeat\*.

\*\*\* Denique totius operis Divini definitio longe est generalior, quam definitio mundi in suo genere & relative optimi. Etenim omnia, quae a Deo producta sunt, & consequenter si ponatur, plures coexistere mundos, sub se comprehendit. Atque hinc, longe facilius est demonstratum, totum

opus Divinum esse relative optimum, quam mundum praesentem esse relative optimum. Ad hoc revocare, utrum mundus praesens, sit relative optimum, qui de relativa perfectione totius operis Divini, convictum habet animum. Immo ex sequentibus patebit, perfectionem relativam mundi praesentis, mortalibus, scilicet sola rationis ope, esse indemonstrabilem. Nemo autem existimet, definitiones, quas praesens continet propositio, frustra a nobis esse excogitatas. Ex sequentibus enim patebit easdem cognitatas esse debere ipsi, qui de mundo optimo equum ferre iudicium voluerit.

## §. XII.

**T**otum opus Divinum est relative optimum. Etenim eodem prorsus modo demonstratur, Deum quidquid condidit, adeoque totum opus suum (§. II.), ob creaturarum felicitatem produxisse, quo in §. 6. demonstravimus, mundum praesentem, ob perfectionem entium, quae sui conscia sunt;

sunt, esse productum. Hinc totum opus Divinum, considerari debet ut medium, Divina sapientia dignum, quo perfectioni Creaturarum contulitur. Omnis autem *medii* perfectio, aestimatur ex illius aptitudine, ad finem obtinendum. Et res quælibet appetibilis est, pro gradu perfectionis. Adeoque ubi opera diversa possibile, quibus finis creationis quomodocumque promoveri potest, inter se conferuntur, in tantum motivum productionis possident, in quantum fini creationis promovendo inserviunt. Opus itaque, quo perfectio Creaturarum omnium maxime promoveretur, maximum in se continet motivum, cur ad finem promovendum adhibeatur. Quum autem DEUS Ens liberrimum & illimitatas possidens perfectiones (§. 2.), non possit non agere rationi convenienter, hoc est, pro motivorum pondere, irrefragabiliter sequitur, felicitatem creaturarum opere hoc, quod produxit DEUS ita promoveri, ut alio opere melius ipsis prospici non possit. Adeoque totum opus Divinum est relative optimum (§. II.)\*

\* Generaliter verum est: itaque DEUS creaturarum omnium, quorum interest, felicitatem maximam velit, medium quoque ad finem obtinendum adhibeat. Quum quoque adhibet, quo

laudata hæc felicitas obtinetur. Unde apertissime patet relativa perfectio operum Divinorum. Quod vero DEUS omnium maximam perfectionem creaturarum velit, admodum est evidens. Etenim perfectio creaturarum est finis seu motivum creationis (§. 6.). Iam si perfectiones gradu diversa inter se conferantur, maxima perfectio, perfectionem quamcunque, gradu minorem, scilicet separatim sumtam, in se continet. Et eatenus nulla adest ratio, cur hanc potius quam illam appetat libere agens. At maxima perfectio aliam insuper possidet perfectionem, que gradualement illam differentiam constituit, adeoque cum perfectio Creaturarum est finis creationis, DEUS ob gradualement illam differentiam quam in se continet perfectio maxima, maximam hanc Creaturarum perfectionem potius vult, quam aliam quamcunque, gradu mi-

norem. Firma itaque est in fallibili deducitur consequentia hoc nostrum assertum, scilicet, quod totum opus Divinum, est relative optimum. Et crediderim neminem adeo esse abstracte mentis, qui propositionem presentem in dubium revocet. In intellectu nun magis quam in voluntate Divina aliquis reperitur defectus; quoniam itaque ratio adest, cur opus minus perfectam perfectionem preferat? Argumentatio hæc, DEUS illimitatas possidet perfectiones; ergo opus illius relative optimum non est, adeo est absurda, ut in mente captum, vix cadere possit. Per se autem patet quod hoc argumento uti debeat is ipse, qui nostram concludendi vim infringere voluerit. Perfectiones etenim Divinae illimitatae sunt, adeoque omnes penes eum exsulant privationes. Quum autem agens natura sua convenienter agat; evidentissime patet prope.



propositionem hanc: Creator illimitatus possidet perfectiones ergo opus illius relative optimum non est, ex illius hypothese veram esse, qui contendit solo opere Divino aliud perfectius esse possibile. Divinis itaque perfectionibus manifeste vim inferret, qui in opere illius aliquid desideraret, quod sapienter adesse posset. Absit a nobis quam longissime tanta dementia. Svadet ratio & urget ipsa pietas, ut non nisi excelsa quævis, que infinitas perfectiones decent, DEO tribuamus. Mortaliū facinora, magnis non raro encomiis evehi solent; quid itaque mirum, si de Conditore, cui illimitata competunt perfectiones, tam magnifica predicemus, ut in iora, quod ad creationis spectat negotium, de eo predicari implicet? Neque eorum metuenda sunt querela, qui existimant, nos libertati Divine vim inferre, dum dicimus DEUM non nisi optus relative optimum eligere.

Misera & non intelligibilis ea esset libertas, cuius exercitium nullum motivum prærequireret. Et quandoquidem ex absurda hac sententia, non equalia duntaxat, sed quoque minus bonum, præ majori eligere posset ens liberum, sequitur quod libertas definienda foret per facultatem determinandi semet, non tantum sine motivis, sed etiam contra ea, quæ svadent motiva. Sed hoc idem est ac si diceret; corpus quiescens, percussione facta, directionem percutientis non sequi, sed in partem prorsus contrariam tendere. Adeoque sub falsa hac hypothesis, casus purus duplici modo, infelici conamine introduceretur Libertas, eam facultatem absolvit, vi cuius ens intelligens, actiones suas dirigit pro motorum pondere. Omnis itaque libertas, rationes mechanicas non minus, quam casum purum respuit atque profligat. Exercitium enim illius, rationes, natura-entis

simplicis & intelligentis con-  
 venientes praequirat, quae  
 motivorum nomine nuncupantur.  
 & perfectione, quam in re  
 appetibili, quacumque re  
 praesentat libere agens, ab-  
 solvitur. Atque hinc recte in-  
 ferimus: DEO illimitata  
 competit libertas; Ergo actio-  
 nes illius, illimitatis sapien-  
 tia legibus reguntur. Ergo sem-  
 per non nisi optimum erigit,  
 dum illimitate libere agit.  
 Scilicet actio omnis, naturam  
 agentis prodit. Adeoque tam  
 necessarium est DEUM sapien-  
 tissime & liberrime agere, quam  
 necessarium est DEUM esse sapi-  
 entissimum & liberrimum. Quum  
 vero absolute necessarium sit,  
 DEUM illimitata gaudere li-  
 bertate & sapientia, quippe  
 haec perfectiones ipsi sunt essen-  
 tiales; hinc quoque absolute  
 necessarium est, DEUM sapien-  
 tissime & liberrime agere. Et  
 quandoquidem libertas sapi-  
 entiae exercitium non constri-  
 git, sed ad eandem se attem-

parat; hinc DEUS eligit opus  
 relative optimum, quia liber-  
 rimus est atque sapientissimus.  
 Male autem exinde, quod  
 DEUS facere possit, longe ul-  
 tra quam cogitare possumus,  
 adversus propositionem hanc ob-  
 jicitur: DEUM opus magis  
 perfectum producere posse quam  
 quod produxit. Minimum  
 pueri viscerum captum nostrum  
 longissime excedit adeo ut re-  
 spectu huius mundi praesentis,  
 opus Divinum, infinitis modis  
 excedat nostram ingenii vim.  
 Per se autem patet, quod opere  
 relative optima, aliud perfectio  
 non sit possibile. (§ 11. not. \*\*\*)  
 Et dudum observarunt saniores  
 impossibilia non esse objectum  
 omnipotentiae Divinae. Ab-  
 surdum itaque & maxime im-  
 pium est, revera limitare bo-  
 nitatem atque sapientiam Di-  
 vinam, dicendo, quod totum  
 opus Divinum relative opti-  
 mum non sit, ob metum va-  
 num & prorsus puerilem, ne  
 contraria admissa assertione, li-

mitetur omnipotens a illius. Re  
 de itaque mundus hic in quo  
 existimus optimus dicitur,  
 quatenus nullus in possibilitate  
 est relictus, qui in huius locum  
 ita substitui potest ut facta sub-  
 stitutione, opus Divinum magis  
 perfectum evaderet. Quam  
 vero operis Divini relative  
 optimi definitio, generalior sit  
 quam definitio mundi relative  
 optimi (§ 11.). hinc errandi pe-  
 riculo semet exponeret, qui ex  
 presenti propositione concluderet  
 mundum hunc, cuius sumus in-  
 cole, esse relative optimum.  
 Tantum enim abest, ut assertio  
 hac immediate deduci possit ex  
 illimitatis perfectionibus Divi-  
 nis, ut potius sub certis condi-  
 tionibus iisdem repugnet, quod  
 ex sequentibus patefcer.

## §. XIII.

**Q**UAM mundus in quo existimus, optimus sit,  
 quatenus opus Divinum relative optimum,  
 aut si major partem illius constituit, ut ex nota  
 propositionis proxime præcedentis patet: sequitur  
 quod omnia, quæ ex mera dispositione Divina, in  
 hoc universo dependent, ita sine connexa, ut  
 alio connectendi modo, gloria DEI & perfectio  
 creaturarum, actu magis non promoveretur. \*

\* In hoc universo reperiuntur ipsa creatione respexeris, aliam  
 entia, quæ rationem mechani- eandem fuisse suspicari nemo  
 sam agnoscunt actionum sua potest, quam quæ aptissima  
 rum. Si horum dispositionem, in fuit, ad finem creationis obti-

nendum. Et quum natura sue necessitate, sine pravia deliberatione, uniformiter agant, in hunc finem impingere non possunt. Sed dantur & entia, quibus facultatem representandi concessit summus mundi opifex. Quae cum libertate & aliis perfectionibus limitatis gaudent, a vero aberrare possunt. Quum vero opus Divinum relative optimum sit, (§. 2.) quumque perfectio mundi huius, ex illius aptitudine, ad perfectionem creaturarum promovendum, estimari debeat: constanter inde firma deducitur consequentia, quod nulla alia facta dispositione felicitati creaturarum actu magis consulere tur. Cautè vero propositionem exhibeo, dum de actualitate non de possibilitate perfectionis creaturarum loquor. Neque enim argumentationis huius vim video. Mundus praesens est vel in suo genere vel relative optimus: Ergo omnia

quae in eodem contingunt, optime fiunt, adeo ut implicet ea melius fieri posse, seu quod idem est: Ergo omnes status illius sunt optimi. Si omnia in universo regulis mechanicis convenienter peragerentur, esset, sub illa hypothesis, quaedam istius argumentationis vis. Sed quum creaturae in mundo reperiantur rationales: Hinc argumentum memoratum, non potest non huic objectioni esse obnoxium, scilicet quod si eadem haec creaturae in transversum non tenderent, status mundi praesentis longe forent meliores & optabiliores. Si enim sua culpa in devia tentarent, possent iisdem manentibus omnibus, quae ex ordinatione conditoris dependent, actiones suas, rationi convenientius instituere. Quod si vero plurimi nevi, forsan ex omni statu universi, abesse possent, quatenus nevi hi, ex creaturarum arbitrio dependant:

dent: Sequitur quod status quoque universi, meliores esse possint, licet ponatur ipsum mundum, esse vel in suo genere vel relative optimum.

Quemadmodū enim Patris familias prudentia œconomica optima esse possit, licet servorum illius nonnulli sint pervicaces; ita nil impedit quominus opus Divinum sit omnium passibilium perfectissimum, licet entia rationalia non nulla, id quod eorum est partium neglexerint. Et prouti pervicacia servorum Patris familias, non dependet a prudentia illius œconomica, sed ipsi illius servis, ut culpa, quam evitare potuissent, imputatur: ita etiam perversitas entium rationalium, non dependet a sapientissima Conditoris ordinatione, sed propria creaturarum culpe debetur, quod non raro sint miserissime. Allata ipsi sunt evidentiſſima, qui admittit, perfectionem operis Divini, quatenus Divini, dependere ex

illimitata conditoris sapientia, qua in creando, conservando & gubernando hoc universo usus est & constanter utitur; propria autem creaturarum perversitati, quam eadem manente ordinatione Divina, evitare potuissent, deberi, quod a scopo, quem earundem productione intendebat Conditor benignissimus, aberrant. Quamcunque de hac re lector fuerit sententiam, certum manet atque indubitatum, statuum perfectionem, quatenus dependet a libertate Creature intelligentis, quatenus ex notione libertatis limitata, non autem unice a dispositione Conditoris esse metiendam. Atque hinc quaestio, utrum status universi esse possint perfectiores, quaestionem difficillimam de origine mali distincte praequirat esse resolutam. Nos dum in antecedentibus demonstravimus, totum opus Divinum esse optimum, quatenus omnia, quae ex ordinatione Divina dependent, ad

creationis optime promovendum tendunt, & quatenus implicat conditoris perfectiones, alio opere melius manifestari posse (§ 11): hinc quæstionem illam intætam relinquere possumus: utrum status univèrsi præsentis esse possint meliores, ratione ad libertatem creatorarum habita. Atque hinc nostri instituti ratio non urget, ut in originem & permissionem mali morali, operosius inquireamus. sufficit generaliter nosse, commissionem mali morali sanctissimo atque sapientissimo Conditori, eo magis esse detestabilem, quo certius est, malum hoc, eorum arguere imperfectionem, quorum perfectio finem Creationis ultimi ingreditur (§. 6.). DEUS est iustus, iniquitatem non valens sed impediens. Quod vero eandem non raro permittat, hoc non minus sapientia atque bonitatis Divine signum est, quam singula ea, quæ in universo hoc, ex dispositione Divina dependent. Si ex nostro cerebello mundus hic foret disponendus, convictus sum, eundem ne mundi quidem nomine dignum fore, cum in confusum chaos & fictum quoddam *Schlaraffenland* conamine plus quam infelici transmutaretur. Si itaque casus obveniunt, qui nobis, præsentia duntaxat, limitate admodum, perspicere valentibus, in transitorium, quatenus ad dispositionem Divinam referuntur, tendere videntur: tantum abest ut stultitia nostra, vere immo illimitate Conditoris sapientia se opponere debeat, ut potius illam damnantes hanc piamenti veneratione prosequi, nostri omnino sit officii.

## §. XIV.

**M**undus hic, in quo existimus non potest non opus Divinum relative optimum, aut si ma-

vis partem illius absolvere (§. 12.). Teste autem experientia, quædam in eodem reperiuntur imperfectiones. Ergo non repugnat, mundum, opus Divinum relative optimum, saltem partem illius esse, et tamen quibusdam laborare imperfectionibus. \*

\* Nostra cognitio valde limitata est, adeo ut non nisi particulas quasdam hujus universi, & quidem valde limitate & imperfecte nobis sistere valeamus si perfectio in his particulis deficiente, ad imperfectionem totius mundi argumentari quis vellet esset hoc factum absurdum, arrogans & maxime impium Valeret quodammodo illius argumentatio, si DEUS totum hoc universum, non nisi in eorum usum, quæ sensibus hujus hominum obversantur, produxisset. Verum DEUS hoc unquam respexit ut totum quoddam, in quo singula omnimode determinata sunt. Et quemadmodum tantum non numero infinite sunt entia illa, in quorum usum mundum hunc produxit (§. 7.): hinc perfectionem singulorum ita respexit, ut totum emergeret perfectissimum. Postulat hoc ipsum sapientia lex. Quemadmodum enim pars cedit toti, ita etiam, si perfectio partis cum maxima totius perfectione, coexistere nequit perfectio parti sapienter denegatur, ut totum maneat perfectissimum. Exinde perfectionem mundi hujus non mensuramus, quod quædam imperfectiones perfectior foret, si imperfectionibus omnibus in perpetuum relegatis exitium, eadem vel a qualis perfectio in toto consisteret, quæ jam, imperfectionibus

nibus interspersis, in eodem inveniuntur. Sed quid si hoc implicat? Bonitas Divina illimitata est, adeoque voluntas illius, in omnes perfectiones & omne bonum generaliter tendit. Conditoris itaque culpa, nulla caremus perfectione, nullo laboramus malo. Absit detestanda atque execrabilis blasphemia, ut culpam in sapientissimum potentissimum simul atque benignissimum Numen, impie derivemus. Ipsa rerum finita natura non permittit, ut ex iisdem excuspatur eius valde compositum, cuius partes omni respectu sunt perfectissima. Etenim alia atque alia perfectio, tantum non semper dependet ex vario partium situ atque combinatione. Omnis autem compositi, ut individui & existentis structura, omni modo determinata est. Diverse itaque structura, in una eademque re, coexistere nequeunt. Et per consequens, perfectiones in composito coexi-

stere non possunt, quae diversum requirunt partium situm atque compositionem. Una itaque perfectio in gradu maxime possibili, ceteras expungit. Si vero coexistunt, neutra in suo genere maxima est. Tanto magis una laborat, quantum altera existit extantior. Deinde notissimum est, quod effectus naturam & vim rei agentis non excedat. Et quum vires rerum contingentium finita sint & valde limitata, sequitur, quod effectum non nisi valde limitatum edere valeant. Ubi itaque perfectio rei ex multiplice dependet capite, quae finita vi procurari deberet, fieri nequit, quin ex una perfectione tantum decedat, quantum accedit alteri. Quippe si tota vis impenderetur ad unam perfectionem promovendam, nihil superesset, quo cetera obtineri possent. Si contrarium affirmas, effectus suum excedit causam, quae ta-



men exacte ex eadem men  
 surari debet. He vera at-  
 que genuine sunt rationes,  
 cur perfectionum collisiones,  
 continuo observemus, in re-  
 bus & negotiis, quorum per-  
 fectio ex multiplici pendet ca-  
 pite. Non itaque est ut sin-  
 gulari exemplo dicta confir-  
 mentur. Quidquid videmus,  
 exemplum est. Quum vero  
 mundus sit ens valde compo-  
 situm, constans ex entibus  
 numero infinitis, quorum vis  
 limitata est; quumque singu-  
 la inter se sint connexa, &  
 consequenter cujuslibet rei exi-  
 stentia, per infinitos respectus  
 determinetur, quid mirum, si  
 in eodem plurime perfectio-  
 num reperiantur collisiones?  
 Postulat itaque natura mun-  
 di, quatenus est ens valde com-  
 positum exceptiones perfectio-  
 num: adeoque dum sapienter  
 admittuntur, perfectionem ma-  
 ximam possibilem minime im-  
 pediunt. Quisquis autem es  
 operum Divinorum vel con-

temptor vel pius estimator,  
 perpende num in iis, qua quo-  
 dammodo assequi valueris,  
 perfectionum exceptio, a beni-  
 gnissimo Conditore sapienter fa-  
 cta fuerit. Corporis vel o-  
 culi tantum tui fabricam con-  
 sidera, & in animi incidens  
 stuporem, dum ad sapientie  
 & bonitatis summa, Summi  
 Numinis vestigia, ibidem pla-  
 nissime obvia attenderis. Non  
 est ut multis, utilitatem vi-  
 sus exponam. Qui luctuo-  
 sam cacorum norint conditio-  
 nem, sue stultitie tribuent,  
 si humillima animi veneratio-  
 ne, inter summa beneficia non  
 numerant, quod oculorum lu-  
 mine uti ipsis datum est. Ve-  
 rum non eo tantum nomi-  
 ne, exosulamur bonitatem  
 atque sapientiam Divinam,  
 quod visum nobis largiri vo-  
 luerit. Augetur pius animi  
 ardor, dum preprendimus,  
 DEUM hanc facultatem ita  
 nobis concessisse, ut implicet  
 prorsus, eandem nobis melius  
 dari

dari potuisse. Si talis esset structura oculi nostri, ut remotissima optime cernere possemus, ea visum effugerent, quod corpori nostro prope adjacent, immo etiam ea, quae ad unius e. g. miliaris spatium a nobis distant. Si organo nostro visorio, tantum contigua distincte videre possemus, etiam tum, per regulas opticas, laterent paululum remotiora. Quam vero ad corporis nostri conservationem, maxime necessarium sit, ut ea, quae in mediocri distantia a nobis sunt remota, intra spatia visionis nostrae contineantur: hinc non sine summa animi voluptate videmus, Conditorum benignissimum, oculum ita construxisse, ut organon evaderet, usibus nostris maxime accommodatum. Oculus, ut organon visorium nunc de consideratus, in suo genere est perfectissimus, si remotissima optime cernere potest. Sub eadem hypothese in

suo genere optimus est, si admodum propinqua bene distingueri valet. Si vero alterutram harum perfectionum maxime possibilem, structura oculi intendisset Conditor optimus, ex allatis patet, quod idem fere fuisset, ac si cacos nos condidisset. Ex adducto videmus exemplo, collisiones perfectionum oriri, ubi ex multiplici capite pendet perfectio rei alicujus, & iucundissime simul convincimur, facultates remotissima, & admodum propinqua, distincte cernendi, Conditoris culpa, nobis non esse denegatas, sed ideo sapienter omissas, ne praesentia alterutrius perfectionem longe majorem, qua gaudemus, extruderet. Neque vero in oculo vel corpore humano solum, sapientiae & bonitatis Divinae cernimus vestigia. Generaliter verum est, quod ubi quis ad ea attentionem dirigit, quae ex mera dependunt dispositione Divina,

seu quæ natura ope, legibus mechanicis subiectæ, peraguntur, veluti in speculo sapientiam atque bonitatem Divinam, jucundissima admiratio ne contemplemur. Fatentur hoc omnes, quotquot opera admirandum laudabili, in natura adyta inquisivere. Ne unicuique idem, uti existimo, ex natura celeberrimis indagatoribus, aliquid desideravit, in harmonia & nexu eorum quæ mundum materiale absolvent, Sed quo diutius & attentius eandem sunt rimati, eo evidentiora illis sese offerunt documenta, quibus ad convictionem usque edocentur, omnia, quæ in mundo materiali prostant, longe sapientius esse connexa, quam propria eorum sagacitas querere unquam possit. Neque enim ex proprio suo ingenio, perfectionem mundi æstimant. Ipsa natura illis magistra est, & ex eadem ad admirationem usque inferantur de iis, quæ eorum in-

genii perspicaciam, quam longissime excedunt. Hec ideo in medium non profero, quasi ex posteriori demonstrare conarer, mundum hunc, opus Divinum relative optimum, tantum partem illius absolute. Superat hoc onus humeros finitos. Crediderim tamen eos, quorum animos non occupavit venerata præjudiciorum vis, facile concessuros, attentam operum Divinorum inspectionem, potius nos adducere, ut non nisi excelsa quævis de hoc eodem opere cogitemus, quam ut suspicionem generet pestilentissimam, aliquas in eodem reperiri imperfectiones, quæ sapienter abesse possent. Scilicet, si in iis, quæ natura legibus, ex ordinatione Divina pendentibus, constanter peraguntur, majorem videmus imperfectionem, quam ut nostrum ingenium assequi valeat: nonne evidenter exinde concludi potest, etiam cetera, quæ ex

Divina dependent dispositione, adeo sapienter esse connexa, ut si nexum perspiceremus, mundi perfectio, eo ipso patet, nostram ingenii vim, quam longissime excedens?

Ex allatis abunde patere arbitror mundum hunc esse optimum, quatenus opus Divinum, saltem partem illius absolvit. Quum vero contra perfectionem universi, imperfectiones in humano genere obvise praesertim urgeri soleant, paucis notasse juvat, multa ex iis, quae primo intuitu, ad imperfectionem hominum tendere videntur, ipsius nexus perfectionem arguere. Scilicet ex eo summum sapientiae atque bonitatis Divinae vestigium elucescit, indeque patet perfectio nexus huius, quod saepe mala physica, actiones perverfas, non tam ut earum effectus, quin potius ex intentione Conditoris, per admirandam illius dispositionem, sequi atque comitari videamus. E-

tenim quis nescit, eo magis absterreri homines a male agendo, quo acerbiora mala, actiones suas comitari metuunt? Bonitati itaque summa Conditoris tribuendum, quod malo, ex perverfis actionibus, ut effectum pendente, malum (physicum scilicet) arbitrarium cumulet, quo sic aucto sensu imperfectionis, homines ad custodiam legis naturalis, seu ad perfectionem veram promovendam, etiam invitati diligantur? Quod vero mala, quae post multam rerum concatenationem inopinato proferantur accidunt perverfis, eum in finem ipsis instiguntur, ut ad meliorem frugem redeant, admodum est evidens. Etenim, quum perfectio universi est motivum, cur in aeternum produceretur, hinc nulla in mundo reperitur perfectio, quam non intendebat, cuique suum pretium non tribuit Conditor sapientissimus. Hoc ipsum vero ad perfectionem

universi conferre, quo vi nexu illius, mala quadam physica sequantur perversas hominum actiones, ut sic, arcerbiori licet medicamenti ope, ad meliorum frugem redeant, in antecedentibus notavimus. Et nemo in hoc puncto nobis est contrarius, nisi qui ignoraverit, DEUM produxisse mundum ob perfectionem entium, quæ sui conscia sunt (§. 6.) mediique perfecti onem, ex illius assuetudine, ad finem obtinendum, estimari debere. Atque hinc eodem modo, mutatis tantummodo mutandis deducitur etiam fata duriora, quæ virtutis cultoribus accidunt, sapientissime DEO dirigente, perfectionem eorum & totius universi, quantum unquam fieri potest, promovere. Minime vili pendende sunt speculationes hæc. Prodest enim perverfis ut sciant, mala, quæ post longas serierum concatenationes, eorum comitantur actiones, non casui vel

cæco cuidam fato adscribenda esse. Aucto scilicet sensu imperfectioris penes perversos, dum vident, ex intentione benignissimi Conditoris atque liberrima illius ordinatione, hæc sibi ideo accidere mala, quod vitis antea studuerint, fœditas vite antea actæ eo, magis sit patula, unde nec citato cursu, in quavis ruant flagitia, absterrentur. Nil autem magis demulcet animum virtuosi, quam convictio istius, quod etiam ea, quæ ex adversa fortuna pendere videntur, ex dispositione sapientissima Conditoris, ad sui & totius universi perfectionem, omnium maxime possibilens tendant. Etenim efficit illa, ut nil perverlorum machinationes, nil malorum ingruentium vim metuat, sed omnia submisso & hilariter ferat animo, & demum potius se passum esse velit, quam non esse passum. Videt hinc quam fœcunda sit propositio illa, asse-

rens totum opus Divinum esse relative optimum. Ex ea dem, ut illimitate perfectam esse relative optimum. Ex ea contemplantes, eidem conveni- dem enim presens haec deduci- enter actiones nostras instituere tur propositio, cujus utilitas studemus. Finge autem Condi- omni auro est. exstantior. torem universum hoc ita non Veritatas enim quam in se disposuisse ut opus relative o- continet, efficacissime creatu- ptimum, saltem partem illius rarum commoveret animos, ut absolvat, tantum abest, ut ex creatorem amore non fucato illa assertione, intelligi possit, amplectantur & in sapientissi- DELUM, maximam, qua in ma illius dispositione jucun- nos cadere potest perfectionem distime acquiescant. Tantum velle, ut potius prono fluat vero abest, ut contraria, ea- a Deo, DELUM de perfectione que absurdissima hypothesis, entium, qua sui conscia sunt, negans totum opus Divinum parum esse sollicitum: adeoq; esse relative optimum, virtuti parum curare, utrum no- sit amica, ut potius pluri- stram & aliorum perfectio- nis consequentiis sit referta. nem, pro virili promoveamus que pietatem tollunt, saltem vel non: Et per consequens eandem insigniter imminuunt. falsa haec impedit hypothesis, In praesenti notare sufficit quo minus ex voluntate Divi- quod impia haec admissa hypo- na motivum petere possimus, thesi, nunquam ex voluntate cur nostrae & aliorum perfe- Divina motivum sumere po- ctioni, pro facultate consulamg. teris, ut tuam & aliorum Est haec consequentia ipsi e- perfectionem, pro virili pro- videntissima, qui novit, Crea- moveas. Etenim actionum no- tori seu enti illimitato magis strarum motiva, ex voluntate molestum non fuisse, bene, Divina desumimus, dum ean- quam alium quemcumque mun-

dam, omnes qui coëxistere possuat, quam unum producere. Adeo ut ex molestia in creando nullum argumentum in contrarium peti possit. Si itaque voluit maximam eorum perfectionem, quæ sui conscia sunt, nullum est dubium, quin omnia ita direxerit, ut optimo, quo fieri potest, modo, ad finem obtinendum tendant. In casu contrario, velle non potest, ut alii agant quod ipse non egit, licet sine ulla tadio & molestia agere potuisset. Vides hinc quam pes-

silentissimum dogma fluat ex propositione impia, negans totum opus Divinum esse relative optimum, adeo ut perinde non sit, si eandem vel affirmative vel negative enuntia-veris. Cave itaque ne vanis & jejunis mentis speculationibus eos indulgere dixeris, qui in eruendis veritatibus arduis, ex quibus pendent veritates momentose, licet eadem ignorent, quibus solida rerum cognitio cure cordique non est suam ponunt industri-

## §. XV.

**I**N nota (§. 12.) monuimus ex relativa perfectione operis Divini, male inferri mundum præsentem, esse relative optimum. Scilicet propositiones hæ: Totum opus Divinum est relative optimum. Ergo ignoramus utrum mundus præsens est relative optimus. Et: totum opus Divinum est relative optimum. Ergo ignoramus, utrum mundus relative optimus existit, legitima nituntur conclusione ubi conditionem ad-

hi.

hiberis cujus *facilitatem* intellectus limitatus demonstrare nequit. Animus quidem fuit, ut in hac opella propositiones has evolverẽ. Verum cum illarum rationes, quæ me impulerunt, ut theoreticas quasdam omitterem §, meditationes practicas in eorum locum substituendo, me ab hoc quoque proposito disuadeant; futuro labori, si ita tulerint rerum fata, reservamus, quæ in hac materia nobis dicenda restant. Heic notasse sufficit, nos eo minus allatis his propositionibus, quidquam, sapientiæ Conditoris inimicum moliri, quo evidentius est, easdem, certis adhibitis conditionibus, ex sapientiæ & cæteris perfectionibus creatoris legitime deduci. Interea ipsi, cujus opus est relative optimum,

Gloria sit sempiterna,





Då Philosophiæ Candidaten, Höglärde  
Herr JOHAN KRAFTMAN  
Wid Åbo Universitet berömligen disputerade, be-  
tygade dess gode wänn således.  
In fögnad

**W**erlden måst fullkomlig vara  
Det finnes af des uphofsman.  
Mot Måstarn måst ju wercket swara/  
Fullkomlig är wist sielfwer Han.

Hwar wijsdom sig med allmacht parar  
Der wäljes städs det bästa ut/  
Hwar allmacht är / som konst ej sparar /  
Der föres alt til hårligt slut.

Åt tusend werldar en tā wäljes/  
Den som Guds höghet liknar bäst /  
Och på des skapnad sedan dröwäles  
Den högsta konstnårens wilja måst.

Åf honom hwad i walet tages/  
Tro fritt det ej det sämsta är.  
Fullkomligt det af honom lages/  
Fullkomlighet wist werlden bår.

All ting wot deri kunna finna  
Åf warand' och tillfällig taf /  
Och lærer med all slit besinna  
At wercket är af bästa smak.

När detta nu min wän bewisar/  
Dch med lård grund för oss framteer  
Mediflera jag tå wercket prisar  
Dch wålgång all åt Eder beer.

All werldens Skapar' sielf Ehr löne  
Med mycken nåd och wålgång stån:  
Apollo sielf ock Eder kröne  
Med Lagerkronan liuf och grån.

